subscripto In omnibus et singulis eiusdem intercisae conditionibus punctis clau-
190 sulis articulis vadio ligamentis ac nexibus grate universis firmiter tenere com-
plere exequi et inviolabiliter observare omnibusq[ue] et singulis illius contentis tam
in toto quam in parte toties quoties opus fuerit satisfacere Intercisam praedi-
ctam ad inscriptionem praesentem roborari et inscriptionem praesentem Roborati-
vam ad praedictam intercisam vicissim in toto referendo Idq[ue] sub vadio summae
Duorum millium floren. polon. per partem parti cum successoribus utriusq[ue] partis
ob non completionem contentorum intercisae praedictae omnium et singulorum tam in
parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo Pro quo
quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbentis ac re aliqua principali ex
contentis intercisae praefatae non completa complenda Citata ex tunc memorata pars
una praemissa non tenens sive ips[ius] successores Ad instantiam partis alterius praemissa
tenentis sive ipsius successorum Ad officium praesens Castren. Capitan. Premislien. Ex tunc
necessario suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primis citatio-
nis termino tanquam peremptorio stare in propria respondere vadium praefatum
bene inscriptori parti satisfacere Ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur
Seq[ue] ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat. Illum terminum
primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos
semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum le-
gatione intra vel extra Regnum servitio militari ad muniamenta ad Exercitum
vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo
Ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castren. Premislien. dila-
tionem sibi non recipiendo Nullasq[ue] motiones appellationes et earum prose-
cutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus
suspensionibus fatalis iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneq[ue] et aliis quibusvis
iuris remediis et facti defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo Hac
sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Lipecki Tureckim Coniugibus Obligat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premislien.
Generosus Hieronymus Lipecki sanus mente et corpore existens a Terris distri-
ctibus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competen. recedendo

Praesenti vero

Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iuridicioni se cum Successoribus ac bonis
suis quibusvis omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiiciendo 791.
et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona
sua propria nullibus suis subiecta infrascripta videlicet certam sortem suam
cum praedio et subditis suis in villa Turka dicta et districtu praeinscripto Premisliensi
iacentem et consistentem Cum omni praemissorum iure dominio et proprietate, omnibusque
et singulis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus subdito-
rum laboribus dationibus vecturis muniis et officiis attinentiisque et pertinentiis quibusvis
universis Nihil ex praefatis bonis pro se recognoscens suisque successoribus aut quo-
quam alio reservando seu excipiendo sed prout praefata bona ipsemet recognoscens
tenuit habuit et possidebat ipsumque concernebant ac eadem servierunt Iam ex nunc
et defacto Nobilibus Paulo Turecki et Anastasiae Błażowska coniugibus legitimis
eorumque posteris in summa mille florenorum polonicalium certi veri et liquidi debiti mutua-
tique pecuniae hinc et ab actu praesenti ad festum Conversionis Sancti Pauli Apo-
stoli proxime venturum et in defectu praefatae exemptionis ex tunc de anno ad annum
festo ad festum annis et festis sese continue et immediate sequentibus usque ad exemptio-
nem eorundem bonorum et summae totalem et indivisam persolutionem obli-
gavit inscripsit et inuadiavit prout praesentibus obligat inscribit et inuadiat In
quae quidem bona praesentibus obligata et inuadiata idem recognoscens Generosus
Lipecki praefatis Tureckiis coniugibus obligatoriis suis eorum officiis praesenti-
um ex nunc et defacto dat et admittit realem intromissionem et actualem
pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque competentem et Nobiles duos
die quacunque voluerint officiose accipiendam Per ipsos Nobiles Tureckie coniuges
et eius Successores bona eadem praesentibus obligata et inuadiata cum suis utili-
tatibus et emolumentis attinentiisque et pertinentiis quibusvis universis tenendi habendi
et possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi ac ad suos et suorum Suc-
cessorum quosvis bene placitos usus libere et effectualiter convertendi modo
ac titulo obligatorio Debetque et tenebitur praefatus recognoscens Generosus Li-
pecki pro tunc se ac suos Successores eius et super bonis suis quibusvis omnibus ac
summis pecuniariis quibuscunque habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus ipsumque

792 Nobilibus Paulo Turecki et Nastasiæ Blažowska coniugibus obligatoriis suis et eorum posteris qui et ipsorum successores in dictis bonis præsentibus obligatis et iuri-tione eorum omnium ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus existen exorianda in omni iudicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et eliberare indemnesque cum posteris reddere Nec non hæc eadem bona præsentia obligata et inuadiata ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem bona cuiuis personarum modo quocunque factis et fiendis tum etiam a quibusuis citationibus in eadem bona per præsentia obligata et inuadiata impetratis et impetrandis lucris denique et perlucris processibus iuris quibusuis in quocunque puncto et gradu iuris dependentibus in quouis iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis ac super præmissis bonis obligatis perductis et perducendis evincilare et eliberare mundaque et libera semper facere Ac etiam intromissionem præfatam coram officio præsenti admissam in fundo bonorum præfatorum per præsentia obligatorios suum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libere dare et admittere datamque et admissa eandem possessionem et usumfructum præmissorum omnium quouis modo tam per se quam per alias quasuis submissas et subordinatas personas non præpedire nec admovere ipsosque obligatorios suos et illorum successores in præmissis omnibus tam in toto quam in quauis minima parte non inturbari ita ut eadem bona præsentia obligata iidem obligatori suo cum posteris quiete et pacifice præsentis inscriptionis obligatoriæ vigore tenere habere et possidere queant et possint modo ac titulo obligatorio sub vadio summæ mille florenorum polonicalium per eundem recognoscentem sive eius successores supra scriptis Tureckim coniugibus obligatoriis suis sive eorum posteris ob non completionem præmissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo Pro quo quidem vadio modo prætermisso ad solvendum succubito ac re aliqua principali ex præmissis non completa complenda citatus existens memoratus Generosus Archonius Lipecki aut illius successores Ad instantiam suprascriptorum Nobilium Pauli et Nastasiæ Tureckiorum coniugum obligatoriorum suorum aut eorundem successorum ad officium præsens Castrense Capitaneale Premisliense Extunc recessu suprascripto quo ad respondendum specialiter mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare in iudicio respondere vadium præfatum lucro inscriptioni huic satisfacere ac omne

iudicatum

inductum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia in-
scribit et obligat Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes
causa eiusdem terminos semper peremptorios vero infirmitate pro maiori minorennitate
successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad monimenta ad Executio-
nem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad
quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Praemisliensis dilationem sibi
non recipiendo nullasq motiones appellationes et earum prosecutiones faciendo Ac praemissa
omnia cariis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris praescriptio-
ne terrestri bello conventionisq et aliis quibusvis iuris remediis et fori defensis non
subterfugiendo nec modo quovis evadendo Hac sua praesenti personali recognitione
ad praemissa omnia mediante.

Lipecki et Turecki Roborant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemisliensibus Ge-
nerosus Abrahamus Lipecki ab una et Nobilis Paulus Turecki parte ab altera
sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus iuribus Iurisdictionibusq
suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi
Iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus quo ad actum praesentem
attinet totaliter et plenarie subiciendo et incorporando palam libere publice ac
per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo interesse recognoverit
Quia ipsi et quidem Nobilis Turecki suo et Nobilis Anastasiae Blizowska Con-
sortis suae nomine pro cuius rati habitione cavet et de praesentibus inscribit Intercisam
Certam inter se recognoscentes et praefatum Nobilem Turecki ratione certarum rerum
et conditionum in eadem intercisa contentarum de actu et data eiusdem hic Prae-
misliae die hodierno in actu contentis confectam manibus recognoscentium subscriptam In omni-
bus et singulis eiusdem Intercisae conditionibus punctis clausulis articulis vadiis li-
gamentis ac rebus generaliter universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter
observare omnibusq et singulis illius contentis tam in parte quam in toto toties quo-
ties opus fuerit satisfacere se suosq successores in et super bonis suis generaliter omnibus
ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis inscribit et obligat mutuo et invicem
una pars alteri et successoribus partis alterius intercisam praedictam ad inscriptio-
nem praesentem Roborationem et inscriptionem praesentem Roborationem ad praedictam